

Primo quia ad te uado uenia. **Just** **Her** uia
Ho **Do** **me** **in** **u** **er** **ite**. **Do** **mi** **est** **ter** **re** **Ex** **al** **ta** **ho**
Her **u** **ia** **te** **do** **me**. **Ex** **al** **ta** **re** **do** **me** **in** **u** **er** **ite**. **Re** **sp** **o**.

Et passione suam q̄ dies quadraginta apparet

Handwritten musical notation on red lines, including various neumes and a large initial 'P'.



Σὺν Θεῷ

GYMNASII NOVI

REIPUBLICÆ

LIBERÆ-IMPERIALIS

MVLHV SINÆ

CONSTITUTIO

ET

LECTIONUM ATQVE EXERCITATIONUM

ORDO

PRO SEMESTRI HYBERNO

AN. ∞ IOC XXVI.

AMPLISSIMI AC PRUDENTISSIMI

SENATVS

DECRETO

P. P.

RECTORE & GYMNASIARCHA

GEORG. ANDREA FABRICIO PHI-
LOS. MAG. POETA L. CÆSAREO.

SALUS SCHOLÆ SUPREMA LEX ESTO.

MULHUSII

TYPIS STANGIANIS.

EPIGRAMMA.

FABRICIUS cedat Romanus: munere Divum,
En modò quem nostra est patria nacta virum!
FABRICIÀ de gente virum, quæ clara manebit,
Cum Musis vivet donec Apollo suis.
Hoc artes faustè capiat RECTORE Juventus;
In laudes Jovæ crescat & ampla seges!

CHRISTOPH. Reinhart / U. J. D.
Reip. Imp. Mülhus. Synd. ordin.
& Poët. L. Cæs.

ALIUD.

IN IPSUM ORDINEM.

Ordine nil melius discenti, itidemq; docenti;
Rebus ut in reliquis: Sic etiam in studijs.
Ordine quem dictat sacra scripti pagina verbi,
Et natura probat, ars imitetur eum.
Hunc capere ut scitè discantum pectora, & ora,
Reddere ritè queant, fac benedicta TRIAS!

M. BENJAMIN STARCK Eccl.
Mülhus. Pastor & Superin-
tendens.



LECTORI BENEVOLO
CUM DEBITA HONORIS PRÆFATIONE
SALUTEM.

Quo animo sim, LECTOR BENEVOLE,
erga Scholam hanc, quam in Lib: Imper:
Republicâ Mülhusinâ, per dispositionem
Omnipotentis DEI, vocatu & jussu Am-
plissimi Senatûs, instaurandam ac regendam su-
scepi, & quàm affectem, imò quàm sperem salu-
tem & incrementum ipsius, INAUGURALIS
DISSERTATIO mea loquetur, quam in intro-
ductione meâ nuper habui, & nunc, ut in conspe-
ctu tuo sit, atq; ut de me ipso testari possit, in pu-
blicum, unâ cum cæteris, exire patior. Unicum
enim, uti videbis, votum meum hoc fuit, ut post
tristissimas multarum, sed & celeberrimarû scho-
larum ruinas, quas Martis, imò & Mortis horribi-
lis tempestas passim attulerat, hæc nostra tabulas
velut ex naufragio disjectas recolligeret, & per
halcyonia illa, quib⁹ sub auspicio & umbrâ ALA-
RUM ALTISSIMI, & AQUILÆ IMPERIALIS
hæc Respublica etiam nunc fruitur & gaudet,
Musis benè prospereq; susceptis, in altum exire,
& feliciori progressu ad optatum portum plenis

velis posset contendere. Commune hoc mihi cum multis fuit, qui in hac inclitâ Republ. idem jam olim seriô voverunt atq; exspectârunt. Ideoq; cum & ipsi spem de me concepissent, fore ut meliori schola successu, me moderatore tandem uteretur, & Senatûs-Consulto mea isthæc opera requireretur: nec meo ipsius voto reluctari; nec spem istam fallere, multò minùs auctoritati publicæ, vel potiùs DE o opt: max: per illa me vocanti, resistere debui. Cum ergò Recturam Scholæ mihi jam commissam intelligerem, sententiam meam de re istâ, apud eos, quorum interest, liberè dixi, & si fas, publicè monui, quæ ad salutem & prosperitatem Scholæ, in tali præsertim Republicâ, viderentur pertinere. Neq; sanè laterem sic lavi; sed prudentissimorum calculo meam rationem maximè comprobata, vidi. Nam & classium superiorum discriminatio, & novi auditorij constitutio; duplicis item cathedræ, pro commodiore exercitiorum tractatione exædificatio, subfelliorum honestiorum adornatio, Lectorum plurium constitutio, Lectionum & exercitationum commodior ordinatio ac distributio, singula petitione aut suasu meo, brevi temporis spatio impetrata, Magistratus nostri incliti voluntatem & bonorum omnium consensum facilè demonstrant. Cum ergò nunc ampliùs officij mei ratio postulet & Superiorum Auctoritas requirat, ut idea Lectionum & Exercitationum certâ serie
propo-

proponatur ac divulgetur: non sanè video, quomodo & istorum voluntati, & officio illi meo deesse possim. Itaquæ in NOMINE SACROSANCTÆ & INDIVIDUÆ TRINITATIS, PATRIS, FILII, & SPIRITUS SANCTI, illanunc trado, & de consensu ac voluntate Amplissimi Magistratûs, edo, quæ deinceps docentibus ac discipulis docendi discendiq; normam ac rationem ostendent, quæq; initio saltem faciendo, in Scholâ & Gymnasio hoc novo, quod intendimus, videntur inservitura. Majora olim, cum DEO tentabimus, & benè favente Magistratu nostro, operam dabimus, ut Schola hæc nostra magis atq; magis efflorescat, imò viam affectet,

----- quâ se quoq; possit
Tollere humo, victrixq; virûm volitare per ora.

Faxit TRINUNUS ille & OMNIPOTENS PATER! cui labores & conatûs nostros unicè commendamus, vero & unico Scholarum Patrono ac Præsidi.

P. P. XI. KAL. IXBR. AN. ∞ IƆC. XXVI.

M. GEORG. ANDREAS FABRICIUS,
Poëta Laur. Cæs.
Gymnasiarcha.

A 3

CON-

ΣΤΝ ΘΕΩ.

CONSTITUTIO CLASSIUM,
ET IN SINGULIS
LECTIONUM ATQVE EXERCITATIONUM
O R D O.

SCHOLA hac hactenus Octo classibus comprehensa fuit, quas tamen septenario, vulgato Artium liberalium numero, qui & Musarum antiquitùs fuit, teste Scaligero lib. 1. Poët. c. 2. nunc non incommodè, sed omninò aptiùs & commodiùs completemur. Neq; tamen sic rationem dixi. Sed quia QUINTA & SEXTA, quæ hucusq; fuerunt, ad unum eundemq; scopum collineant, & hanc metam sibi prefixam habent, ut DONATI rudimenta Grammatica in ipsis unisè doceantur & inculcentur: idemverò in QUINTA classe, (quæ sic vocetur deinceps) solà commodè fieri possit, cùm præsertim repetitiones Elementorum istorum in paulò superioribus classibus non intermittantur, sed crebrò instituantur: ideoq; consultum putavimus à SEPTIMA ordiri, & ad QUINTAM compendium illud DONATI unisè rejicere; tùm ut scopum illa classis unicum & proprium haberet, tùm verò, quod præcipuum erat, ut Collegarum in superioribus classibus operà aliquando uti possemus. Nam &

boc

hoc summa necessitas, & Scholæ excitanda & augenda ratio unice requirit. ILLIS itaq; SEPTEM metas nunc, & singulis scopum cum DEO proponemus; sed & rationem & ordinem ostendemus, quomodo & metis illis includi debeant, & scopum qualibet suum possit contingere. Enumerabimus autem ita, ut ab Infimâ ad Supremam adscendamus, eadem prorsus viâ, quâ discipuli deinceps progressum facient.

CLASSIS SEPTIMA.

eorum est, qui cum principijs pietatis in primâ litterarum cognitione, & conjugendarum ratione informantur. Itaq;

Capita pietatis è Catechismo Lutheri; prævia pro-
vectioris pueri voce, cum ipsi legere nondum possint, sed
& dicta Scripturæ breviora hic primùm doceantur.

Deinde litterarum characteres, tam Germanis quàm Latinis usitati, pueris huic classi commissis, tam ex libellis Alphabeticis, quàm ex tabulâ in conspectu omnium positâ, noti ac familiares reddantur.

Ubi imprimis opera detur, ut à crassâ & inconditâ pronuntiatione, quam vel natura ipsa suggerit, vel perversa domestica educationis consuetudo suppeditat, avocentur, & ad civilem, jucundam & harmonicam pronuntiationem maturè ducantur & invitentur. Vitium enim primæ informationis, usu firmatum, difficulter corrigitur in sequenti.

Unicum

*Unicum & perpetuum classis hae Praeceptorem
habet, Collegam videlicet Octavum.*

O R D O.

**PRECIBUS SEMPER PRÆMISSIS,
DIEBUS LUNÆ, MARTIS, MERCURII,
JOVIS, VENERIS.**

HORIS VII. IIX. IX. Inferiores in litteris co-
gnoscendis; Superiores in Syllabis conjungen-
dis informentur. Hos itaq; dum audit Praeceptor,
inferiores illi ad Tabulam Alphabeticam sistan-
tur, & à puero literarum gnaro, plures simul in-
struantur.

XII. Catechismus Lutheri proponatur.

I. & II. Litterarius ille labor iteretur, & quo-
usq; poterit, continuetur.

DIEBUS SATURNI.

HORIS VII. & IIX. Catechismus & dicta bre-
viora inculcentur. Et singuli quidem pueri, quan-
tùm ratione temporis & multitudinis fieri pote-
rit, audiantur.

IX. Litteraria illa serra denuò trabatur.

CLASSIS SEXTA.

Eorum est, qui cum pietate in lectione exer-
centur, & ad scriptionem paulatim adsuefiunt.

Itaq;

Ad

*Ad Sacrosanctum Catechismum & dicta Scri-
pturæ ediscenda sedulo commonefiant.*

*Deinde quotidie in lectione Germanicâ & Lati-
nâ, sed & primâ litterarum picturâ exerceantur.*

*Præceptorem verò & hæc Classis peculiarem ha-
bet, propter multitudinem puerorum, Collegam vide-
licet Septimum.*

O R D O.

*PRECIBUS SEMPER PRÆMISSIS,
DIEBUS LUNÆ, MARTIS, MERCURII,
VENERIS.*

*HORIS VII. IIX. IX. Ex libris sententiarum
legant Germanica; vel ex Donati compendio
Latino-Germanica.*

*XII. Catechismū Lutheri recitent. Recitatio-
nem verò hanc communem hæc Classis cum præce-
dente habeat, eandemq; Præceptores duo Inferio-
res alternatim moderentur.*

*I. Dum Præceptor ordinarius Inferiores legen-
tes audit; Superiores scribant.*

*II. Superiores legentes audiantur; atq; dein-
ceps iterum, si fieri possit, inferiores.*

DIEBUS JOVIS.

*HORIS VII. & IIX. Epistolam sequentis Do-
minicæ legant.*

*IX. Scriptura inspiciatur, & corrigatur, aptâ &
convenienti litterarum picturâ, vel in tabulâ cõ-
muniter; vel in libris seorsim monstratâ.*

B

DIE-

DIEBUS SATURNI.

HORIS VII. & IIX. Catechismum & dicta singuli recitent.

IX. Evangelium Dominicale legant.

CLASSIS QUINTA.

Eorum est, qui cum pietate ad linguæ Latinæ studium primò præparantur. Itaq;

Et Catechismum & dicta Scripturæ & Psalmos integros ediscant.

Deinde verò Declinationum & Conjugationum formulas ex Donati Elementis memoria fideliter imprimant. Exempla plura conjungant, nomina & verba forment, & exercitiorum loco exhibeant. Vocabula rerum, sed & verba aliasq; voces Latinas, tanquam materiem linguæ, & prima principia addiscant. Latinè & Germanicè scribendo, ut & concertando sese frequenter exercent.

O R D O

PRECIBUS SEMPER PRÆMISSIS

DIEBUS LUNÆ & MARTIS.

HORA VII. Declinandorum nominum formationes ex typo Collega Quintus.

IIX. Declinationes ipsas Collega Sextus.

IX. Vocabula rerum ex Nomenclatore cum quorundam nominum declinationibus Collega Sextus.

XII. Scriptio & Nominum formatio.

I. Scri-

- I. *Scriptorum emendationem Collega Sextus.*
II. *Declinationes Pronominum Coll. Sextus.*

DIEBUS MERCURII.

HORA VII. Conjugandorum Verborum formationes ex typo Coll. Quintus.

IIX. Conjugationes ipsas Collega Sextus.

IX. Verba ex Nomenclatore, cum quorundam Conjugationibus Collega Sextus.

XII. Scriptio & Verborum formatio.

I. PRECES PUBLICÆ.

II. Conjugationes irregulares Coll. Sextus.

DIEBUS JOVIS.

HORA VII. Dicta sacra & Psalmos Coll. Quintus.

IIX. Catechismum Collega Sextus.

IX. Lectionem Epistolæ Germanicæ, sequentis Dominicæ Collega Sextus.

DIEBUS VENERIS.

HORA VII. Conjugandorum Verborum formationes ex typo Collega Quintus.

IIX. Conjugationes ipsas Collega Sextus.

IX. Verba & voces reliquas ex Nomenclatore cum Conjugationibus Coll. Sextus.

XII. Scriptio & thematum formatio.

I. Concertationes de loco ex lectionibus singulis Collega Sextus.

II. Scriptorum antea dictorum emendationem Collega Sextus.

DIEBUS SATURNI.

HORA VII. Dicta sacra & Psalmos Coll. Quintus.

IIIX. Catechismum Collega Sextus.

IX. Lectionem Evangelij Germanici, sequentis Dominicæ Collega Sextus.

CLASSIS QVARTA.

Eorum est, qui cum pietatis studio ad initia artium, & cum primis Grammaticarum præceptionum, ducuntur, & tum analysi tum genesi exercentur: simul etiam ad Græcæ linguæ studium lectione & scriptione præparantur. *Itaq;*

Pietatem ex dictis Scripturæ & Psalmis, ut & Lutheri Catechismo uberius imbibant.

Post Declinationum verò & Conjugationū exercitia crebrò instituta, Grammaticæ Latinæ, præcepta, quoad Etymologiam & Syntaxin diligenter ediscant, & expeditâ recitatione reddere consuefcant.

Usus verò præceptorum Grammaticorum ex Dialogis sacris Castellionis, & Catonis distichis, non solum à Præceptore ipso per Analysin demonstratur; sed & analyses Etymologica ab ipsis discipulis scripto concipiantur & exhibeantur.

Deinde & Genesis accedat, eaq; tum Compositionis liberæ, propositis brevissimis sententiolis, ad præcipuas regulas Syntacticas accommodatis: tum verò & imitationis, ex prædictorum autorū lectionibus. Quâ ratione voces ex Nomenclatore repetant, & ediscendo plures prioribus semper adjiciant. Græcarum quoq; litte.

litterarum & cognitione, & verà pronuntiatione,
primaq; picturâ seu descriptione hic informantur.

Concertationes de leco ex singulis lectionibus
instituantur. Tandem & Musicæ artis rudimen-
ta hic proponi incipiant.

O R D O

PRECIBUS SEMPER PRÆMISSIS
DIEBUS LUNÆ & MARTIS.

HORA VII. Typum Declinandarum & conju-
gandarum vocum communiter cum Quintanis
Collega Quintus.

II. Etymologiam Grammaticæ Latinæ
Collega Quintus.

IX. Analysin Etymologicam ex Catonis di-
stichis, quam & scripto concipiant, Coll. Quintus.

XII. Musica.

I. Analyses scriptas inspiciat & repetat Collega
Quintus.

II. Dialogos Castellionis Collega Quartus.

DIEBUS MERCURII.

HORA VII. Typum Conjugationum communi-
ter cum Quintanis Collega Quintus.

II. Syntaxin cum genesi exemplorum Ger-
manicorum ad singulas regulas accommodandorū
& à discipulis latinè reddendorum Coll. Quintus.

IX. Disticha Catonis cum brevissimis imita-
tionibus Coll. Quintus.

XII. Musica.

I. PRECES PUBLICÆ.

B 3

II. Con-

II. Conjugationes irregulares *communiter*
cum Quintanis Coll. Sextus.

DIEBUS JOVIS.

HORA VII. Dicta sacra & Psalmos *communiter*
cum Quintanis Coll. Quintus.

IIIX. Emendationē Scriptorum *Coll. Quart.*

IX. Græcam lectionem & scriptionem
Collega Quintus.

DIEBUS VENERIS.

HORA VII. Verborum conjugandorum typum,
cum exercitio Conjugationum *communiter*
cum Quintanis Collega Quintus.

IIIX. Dialogos Castellionis *Coll. Quartus.*

IX. Syntaxin *cum* analysi Constructionum
ex Catonis distichis Collega Quintus.

XII. Musica.

I. Concertationes *de loco ex lectionibus singu-*
lis Collega Quintus.

II. Vocabulorum *ex Nomenclatore recita-*
tionem Coll. Quintus.

DIEBUS SATURNI.

HORA VII. Dicta sacra & Psalmos *communiter*
cum Quintanis Collega Quintus.

IIIX. Catechismum *Collega Quintus.*

IX. Lectionem Evangelij Latini, & *precipui*
dicti ex eodem explicationem Coll. Quintus.

CLAS.

CLASSIS TERTIA.

Eorum est, qui cum pietatis studio in artium, Grammaticæ cum primis Latinæ, sed & Græcæ præceptiones, earundemq; usum penitiùs introducantur. Ita q;

Catechismum cum dictis amplioribus & Psalmis ediscant.

Deinde Etymologiæ & Syntaxeos principia antea percepta non solum repetant, sed & pleniorum intellectum eorundem acquirant. Hic verò & ad Prologia initia quodammodo ducantur.

Græcæ item Grammaticæ rudimenta in declinandi & conjugandi formulis adjiciant.

Usum Grammaticæ Latinæ ex Dialogorum Castellionis & Locorum Communium Murmelij interpretatione & analysi: Græcæ verò ex Evangeliorum Græcorum textu quodammodo percipiant.

Quoad Genesin frequenter exerceantur in vertendis materijs liberæ compositionis; sed & imitationis. Subsidiij gratia ex Nomenclatore voces, & ex auctoribus Phrases observent, ediscant, repetant, & sic tandem ad usum transferant.

Versus etiam fractos hic restituere incipiant.

Concertationum verò exercitijs alter alterum provocet, & ad majorem diligentiam excitet.

Deniq; hic Musica non solum proponatur, sed & frequenter exerceatur.

ORDO

O R D O.

PRECIBUS SEMPER PRÆMISSIS.

DIEBUS LUNÆ & MARTIS.

HORA VII. Etymologiam Grammaticæ Latinæ Collega Tertius.

IX. Exercitium Declinationum & Conjugationum *thematicum conjunctorum* Collega Quartus.

IX. Nomenclatorem *cum brevissimis exercitijs* Collega Quartus.

XII. Musica.

I. Dialogorum Castellionis Analyfin, *cum Genesi imitationum brevissimarum Coll. Tert.*

II. Profodiæ *initia cum Locorum Communium Murelij interpretatione, & versuum fractorum restitutione* Collega Tertius.

DIEBUS MERCURII.

HORA VII. Syntaxin Latinam Collega Tertius.

IX. & IX. Exempla Germanica *ad regulas Syntacticas accommodanda, & à discipulis Latine reddenda* Collega Quartus.

XII. Musica.

I. PRECES PUBLICÆ.

II. Exercitia Declinationum & Conjugationum, *thematicum conjunctorum Coll. Quartus.*

DIEBUS JOVIS.

HORA VII. Exercitia Declinationum & Conjugationum Collega Quartus.

IX. Scri-

II X. *Scriptorum emendationem Coll. Tert.*

IX. *Rudimenta Grammaticæ Græcæ Collega Tertius.*

DIEBUS VENERIS.

HORA VII. *Exercitia Declinationum & Conjugationum Collega Quartus.*

II X. *Rudimenta Grammaticæ Græcæ Collega Tertius.*

IX. *Exempla Germanica ad regulas Syntacticas accommodanda, & à discipulis Latinè reddenda Collega Quartus.*

XII. *Musica.*

I. *Concertationes de loco ex lectionibus singulis Collega Tertius.*

II. *Phrases ex lectionibus observatas, cum exercitio ex iisdem brevissimo Collega Quartus.*

DIEBUS SATURNI.

HORA VII. *Catechismum Collega Quartus.*

II X. *Dicta sacra Festorum Collega Tertius.*

IX. *Evangelium Græcum Collega Quartus.*

CLASSIS SECUNDA.

Eorum est, qui cum pietatis studio uberiori, ad linguas, Latinam & Græcam, propiùs adducuntur,

C

cuntur,

cuntur, & ad reliquarum artium studia magis magisq; præparantur. Itaq;

Post Catechismum Lutheri ad Locorum Theologorum summam cognoscendam, per ordinatam definitionum ac divisionum seriem, dictis Scriptura stabilitam, ducantur.

Grammaticam deinde Latinam & Græcam accuratiùs perdiscant.

Usum illius ex Cicerone, Terentio, Ovidio per uberiores analysin cognoscant. In genesi verò tum imitationis, tum liberæ compositionis frequenter exerceantur. Atq; ut studio Latinæ linguæ tantò magis incumbant, linguæ vernaculæ usus à congressibus Scholasticis in Secundâ, ut & primâ classe prorsus secludatur: contra Latini sermonis exercitium introductum unicè deinceps retineatur. Delinquentes notam Germanismi & pœnam Præceptoris incurrant, non nisi versuum aliquot vel dicti illustris recitatione redimendam.

Usum Grammaticæ Græcæ ex analysi Evangeliorum Græcorum pro tempore cognoscant.

Atq; ut artium reliquarum, quas vocant dicendi, seu generalium cognitionem à teneris imbibant, & ut hinc eò citius subtilioribus studijs præparentur: ideoq; rudimenta Logices ex P. Rami compendio; Rhetoricam verò Troporum & figurarum doctrinam ex Talæi libello Rhetorico addiscant.

Ufus

Usus deinde utriusq; artis, Logicæ in argumentis
& Judicij speciebus, Axiomate, Syllogismo et Metho-
do; Rhetoricæ verò in Tropis & Figuris, quæ singu-
la frequenter in lectionibus autorum occurrent, fide-
liter demonstratur.

Ex reliquis artibus, Arithmetica & Musica hic
& proponantur, & studiosissimè exerceantur.

O R D O

PRECIBUS SEMPER PRÆMISSIS

DIEBUS LUNÆ & MARTIS.

HORA VII. Grammaticam Græcam Conre-
ctor.

IIIX. Etymologiam Gramaticæ Latinæ
Collega Tertius.

IX. Terentium Collega Tertius.

XII. Musica.

I. Rudimenta Dialecticæ Conrektor.

II. Profodiam cum restitutione versuum fra-
ctorum Conrektor.

DIEBUS MERCURII.

HORA VII. Syntaxin Grammaticæ Latinæ cum
Tertianis communiter Collega Tertius.

IIIX. Rhetorices Talæi lib. 1. Conrektor.

IX. Ovidium de Ponto, cum exercitijs imita-
tionum Conrektor.

XII. Musica.

I. PRECES PUBLICÆ.

II. Arithmeticam Conrektor.

C 2

DIE-

DIEBUS JOVIS.

HORA VII. Orationem Ciceronis *pro M. Marcello, communiter cum Primanis Receptor.*

II X. Scriptorum emendationem *Conceptor.*

IX. Analysin Evangelij Græci *cum formatione thematum Conceptor.*

DIEBUS VENERIS.

HORA VII. Epistolas Ciceronis *cum imitationibus, communiter cum Primanis Conceptor.*

II X. Rhetorices Talæi *lib. 1. Conceptor.*

IX. Concertationes *ex lectionibus singulis Conceptor.*

XII. Musica.

I. Ovidium *de Ponto Conceptor.*

II. Exercitium Imitationis *ex Terentio Collega Tertius.*

DIEBUS SATURNI.

HORA VII. Evangelia Græca Posselij *communiter cum Primanis Conceptor.*

II X. Dicta Fæstorum *communiter cum Tertianis Coll. Tertius.*

IX. Recitationem Compendij Theologici *Dn. D. Hutteri Collega Tertius.*

CLAS.

CLASSIS PRIMA.

Eorum est, qui cum pietatis studio accuratiori, non solum generalibus, sed & specialibus artibus & partibus Philosophiæ informantur; declamationum item ac disputationum exercitijs pro virili applicantur, & sic majoribus & altioribus studijs præparantur. *Itaq;*

Post Catechismum, Locorum Theologicorum cognitione, quoad thesin & antithesin imbuantur. Typicâ quoq; analysi Libri alicujus Biblici propositâ, ad eruditam Bibliorum lectionem maturè adsuefiant.

Lingua, Latina cum primis & Græcâ, studiosè exerceantur; sed & initia Hebrææ doceantur.

Artium verò cum primis Logicæ, non tantum præcepta plenius, sed & usus tradatur in analysi, genesi & Elenchorum doctrinâ. Rhetorica item præcepta, additâ praxi, perfectius enodentur.

Usus artium generalium in Oratoriâ & Poeticâ maximè insignis demonstratur, non solum in præceptionibus, verùm etiam in lectionibus optimorum auctorum, Ciceronis maximè & Virgilij, quorum scripta per veram & commodam analysin intelligere; perq; genem imitationis convenientem exprimere discant.

Ex artibus Specialibus addantur, quæ pro temporis & auditorum ratione explicari poterunt, ex The-

sauro nostro Philosophico, Brunsvigæ nuper excuso, qui ideam totius Philosophiæ continet brevissimam. Ex hoc ipso præcepta breviter explicentur, cognoscantur, repetantur: & detur opera, ut quilibet Discipulorum Locos Communes Philosophicos hic sibi comparet, uberiores olim, cum altiores progressus fecerit, habiturus.

Pro tempore verò, ex Philosophiâ, ut vocant Theoreticâ, Physicâ; & ex Mathematicis Arithmetica, Musica, Astronomia: Ex Practicâ pars communis seu Ethica proponatur.

Exercitia varia sint. Stili in prosâ & ligatâ oratione, tam Græcâ, quàm Latinâ linguâ, tam imitationû, quàm liberæ compositionis. Tum verò declamationum ac disputationum exercitia crebrò instituantur. Et quidem illa maximè, quibus discipuli primùm informantur, alternis septimanis. Publicæ verò & declamationes & disputationes in præsentia aliorum & cum censurâ doctorum, de materijs tam Theologicis quàm Philosophicis, instituentur, cum tempus feret, & discipulorum profectus admittet.

Cum Astronomica institutione conjuncta sit demonstratio non modò in Spherâ & globo materiali, sed in ipso etiam cælo, ut ita siderum ac stellarum insigniorum noticiam discentes maturè consequantur.

Ordinarias hæc Præceptorum operas, Reverendus & Præstantissimus Vir Dn. M. Bernhardus Graewerus, Pastor ad D. Nicolai & D. Petri fidelissimus, quantum sacri officij ratio feret, strenuè juvabit.

ORDO

O R D O.

PRECIBUS SEMPER PRÆMISSIS
DIEBUS LUNÆ & MARTIS.

HORA VII. Grammaticam Græcam commu-
niter cum Secundanis Conrektor.

IIIX. Plutarchum *ἠὲ τὰ ἐπιτομὰ ἀποκρίσεις*, cum ex-
citijs imitationum Conrektor. (Rektor.

IX. Logicam cum praxi analyseos, & geneseos
XII. Musica.

I. Physicam doctrinam Rektor.

II. Virgilij Georgica cum Analyfi tam gene-
rali, hoc est, Logicâ, Grammaticâ, Rhetoricâ,
quàm speciali, quæ est rerum ipsarum, maxime
Physicarum; Sed & Genesi imitationû Rektor.

DIEBUS MERCURII.

HORA VII. Rhetorica & Oratoria præcepta,
Rektor.

IIIX. Compendij Theologici Dn. D. Hut-
teri explicationem, in thesi & antithesi Dn. M.
Grawerus.

IX. Dispositiones Orationum Rektor.

XII. Musicam.

I. PRECES PUBLICÆ.

II. Arithmeticam communiter cum Secunda-
nis Conrektor.

DIEBUS JOVIS.

HORA VII. Orationem Ciceronis pro M. Mar-
cello, communiter cum Secundanis Rektor.

IIIX. Exercitia profæ & ligatæ orationis Rektor.

IX. Com-

IX. Compendij Theologici Dn. D. Hutteri
explicationem, in thesi & antithesi Dn. M. Graw.

DIEBUS VENERIS.

HORA VII. Epistolas Ciceronis *ad Familiares*
cum imitationibus Conrector.

IIIX. & IX. Quaestiones Logicas, Gramma-
ticas, Rhetoricas *pro disputationum materia*
tractabit, & alternis septimanis de iisdem dispu-
bit Rector.

XII. Musica.

I. *Elementa doctrinae Sphaericae Rector.*

II. *Syntaxin Graecam Posselij Conrector.*

DIEBUS SATURNI.

HORA VII. *Evangelia Graeca Posselij cum imita-*
tionibus Conrector.

IIIX. *Analysin Logico-Typicam Epistolae ad*
Romanos Rector.

IX. *Ethicam doctrinam Rector.*

Cetera horis Extraordinarijs cum tempus & Prae-
ceptoribus & discipulis vacabit, agemus, & quod juven-
tutis Scholasticae commodis inservire poterit, nihil in-
tentatum relinquemus.

SIT DEUS IN MEDIO NOSTRI, AFFE-
CTUMq; LYCEUM
ERIGAT, ET PROMPTIS DIRIGAT
AUXILIIS!

FIAT! ó FIAT!

Et **dominus** **procepit** **eis**
omniam **viam**


Et **dominus** **procepit** **eis**
omniam **viam**

Et **dominus** **procepit** **eis**
omniam **viam**

Et **dominus** **procepit** **eis**
omniam **viam**



GYMNASIUM
 LIBERALE
 MVL
 CONS
 LECTIUM AT
 O
 PRO SEM
 AN.
 AMPLISSIMI
 SE
 D
 RECTORE
 GEORG. ANI
 LOS. MAG.
 SALUS SCHOL
 M U
 TYPIS



9

